



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per  
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,  
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia  
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1719**

Quæst. 706. An & qualiter res non existentes in verum natura legari  
possint.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

**T**itio debo : illi lego : hoc enim casu , si nihil debeat , licet debitum sit nullum , legatum tamen subsistat ; quia hoc non est legatum nominis , sed certae quantitatis , quod per falsam demonstracionem non vitiatur . *cit. l. 73.* Lauterb. cum Carpz. *q. F. p. 3. c. 9. def. 22.*

**Q**uest. 706. An & qualiter res non existentes in rerum natura legari possint ?

**R**Esp. res , quæ nec auctu nec potentia sunt in rerum natura non magis legari posse quam hippocentaurum legari , nec estimationem illarum deberi posse patet . quæ tamen futuræ sunt , aut juxta ordinarium natura cursum sperantur . v. g. partus ancilla , fructus anni sequentis validè legitur . *§. 7.* *Inst. de legat. l. 24. ff. eod.* & si dubitetur , an auctu existant in rerum natura , interponi solet cautio , quæ hæres cavet , se eam rem persecuturum , & si natus fuerit legatario restituatur . *l. 39. & 72. §. fin. ff. de legat. 1.* Muller. in Struv. ad ff. delegat. *ib. 8. l. t. y.* Iuncte istiusmodi legata quò ad transmissiōnem dominii eorum pura , ita ut ad hæredes legatario ante eorum existentiam mortui transmittantur . quò ad obligationē tamen & actiones sunt conditionata , utpote in se continentis hanc conditionem ; sit existant . v. g. si fructus nati fuerint ; ita ut , si nihil natum fuerit , nihil , si aliquid tantum , id solum debetur . *l. 5. ff. de trit. vin. & oleo Legat. l. 8. §. 2. ff. de legat. 2.* Lauterb. *inf. de legat. §. 16.* Struv. *ibid. ib. 8. Lit. d.* Quod si testator certam fructuum quantitatē ex fundo leget , fundusque non limitationis aut securitatis , sed demonstrationis causā exprelus , licet nihil aut minus quantitatē expressa in eo natum , nihilominus tota quantitas legata debeatur . pro quo citat *l. 27. §. 2 ff. de legat. 3. l. 12. ff. de alim. velcib. legat.*

**Q**uest. 707. Res respectu testatoris alienæ an & qualiter legari possint ?

**R**Esp primò : dum res est propria ipsius legatarii , ut dum is eam emerat aliove titulo comparaverat , antequam ea legaretur (& interdum etiam , si post testamentum conditum eam comparavit , ut Lauterb. *§. 28.*) adeoque aliena respectu testatoris , legari eidem non potest , estque tale legatum nullum & elusorium , etiam quò ad estimationem praestandum juxta expressum textum *l. 13. c. de legat.* Sed neque tale legatum pure factum subsistit , et si successu temporis res desierit esse propria legatarii ; cum , quod ab initio infirmum , tractu temporis non convalescat . juxta *c. non confirmatur. de R. f. in 6.* Struv. in ff. de legat. *ib. 10. Lit. b.* Muller. *ibid.* Secus tamen , seu valet , si factum sub conditione hoc modo : Lego Titio ædes illius proprias , si me vivo illius esse desierint . Muller. *l. c. Lit. y.* item valet legatum , si testator legavit rem , quam putavit esse legatarii , et si revera non esset illius ; cum voluntas defuncti exitum habere debeat . *juxta §. 11. Inst. de legat.* Struv. & Muller. *LL. cit. Lit. d.* & hæc quidem quòd legatario res ejus propria legati nequeat , certa videntur , si legatarius titulo lucrative comparavit ; quia duæ causæ lucrative in eundem hominem eandemque rem concurrent , exdem res ab eodem duplicitate acquiri non possunt *L. quid ergo. §. 1. ff. de legat. 1.* De Lugo. *l. c. num. 271.* Struv. Muller. *LL. cit. Lit. a.* Lauterb. *inf. de legat. §. 29.* qui tamen addit , quod , si lega-

tarius vivente testatore rem illam alienasset , legatum convalescere per *l. 12. §. 1. ff. de legat. l. 1. 61. ff. de solus.* Si vero legatarius eam emerit seu alio titulo oneroso comparaverit , eaque legata erat respectu testatoris , poterit legatarius postmodum actione ex testamento petere estimationem illius (intellige totam , si totam emerit , vel partem , si partem tantum emerit ; ita ut si emerit nudam proprietatem rei , deducto usufructu , si postmodum consolidatum fuerit dominium , solius proprietatis emptæ pretium præstari debeat . Muller. *l. c. Lit. d.*) ab hærede . *L. plene. §. quod si rem. & L. si substituto. pr. ff. de legat.* Lugo. *num. 272.* Struv. *l. c. Lit. n.* Lauterb. *l. c. §. 28.* nisi quod is generaliter & absolu te loquatur , omitendo verba illa : *eaque legata erat aliena &c.* Ad acquisita à legatario ex causa onerosa referens etiam accepta ex causa dotis ; eo quod eti dos inter donationes numeretur , proprietamen talis non sit ; cum detur marito ad onera matrimonii sustinenda , & hinc inter causas onerosas numeretur . *l. 21. §. 1. ff. de donat.* Et si rem testatoris propriam legatam in diem sub conditione , hactenem emerit ab hærede , poterit conditione vel die adveniente petere ab eodem estimationem illius . Lugo. Lauterb. *LL. cit. Trentac. l. 3. de empt. & vendit. resol. 13. num. 4.* cum communī . Arg. *l. 45. §. 1. ff. delegat. 2. & l. 84. §. 5. ff. de legat. 2.* Idem est , seu potest peti estimatione inter vivos , si legatarius emerit rem testatoris legatam purè nesciens legatam ; *L. hujusmodi. ff. de legat.* Secus si sciverit legatam , tunc enim exspirat legatum ; quia censetur tunc renunciare eidem . Atg. *L. illud. ff. de hered. acquir.* Lugo. *num. 293.* remittens ad Molin. *d. 25. l. col. ult. & Vafq. c. 8. §. 4. du. 8.* multoque magis & revocatum censetur legatum , si testator rem Petro legatam possea eidem etiam ignorantia eam sine necessitate vendidit ; cum per alienationem voluntariam rei legata extinguitur legatum . Lugo. *l. c. infine.*

2. De cætero limitatur responsio , ita ut res propria legatarii eidem legari possit ; dum nimur res legata non est perfectè propria legatarii , sed legans in eam aliquod habeat , ita ut tunc consequatur jus plenum & perfectum . Struv. *l. c. Lit. e.* Item dum res non est irrevocabiliter propria legatarii . v. g. dum ex justa causa absentis rem per usucacionem acquisivit ; factus illius dominus ; tunc enim quia per actionem rescissoriā res avocari potest ab usucapiente , rectè eidem legatario legari potest . *l. 82. §. 1. ff. de legat. 1.* Lauterb. *§. 27.* Item si tertius in re legatarii jus quoddam habet . v. g. si legatarius rem suam pignori obligavit , tunc enim respectu huic valet legatum ; ita ut hæres eam luere , & ab omni onere pignoris liberatam domino , nempe legatario restituere teneatur . *l. 86. pr. ff. de legat. 1.* Lauterb. *l. c.* Idem est , si aliis superficiarum habeat in re legatarii , ita ut hæres eam legata teneatur illam ab eo onere liberare . *cit. l. 86.*

3. Resp. secundo : si res propria ipsius hæredis legetur , valet legatum , si testator sciverit , si ne sciverit eam esse hæreditis ; quia presumitur , quod eti hoc scivisset , nihilominus eam legaturus fuisset ; cum hæres sit eadem cum testatore persona , adeoque eam dare possit ; ac si esset ex bonis testatoris . *L. unum ex familia. §. sires. ff. de legat. 2.* Delben. *de immunit. eccl. part. 1. c. 8. du. 26. sect. 27. num. 6. & 7.* De Lugo. *l. c. num. 267.* modo res illa non sit vinculata & inalienabilis , in quo casu non tenetur rem dare , sed ejus estimationem , ut Idem .